



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

27. An Ecclesiastici extra necessitatem gravem corporalem, vel spiritualem proximi, teneantur erogare superflua in usus pios ex præcepto tantum positivo? Et infertur, an Pontifex saltem validè, si ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

ultis DD. rationibus cap. 1. dub. 4. conf. 2. falso pro contraria sententia citans Rodriguez.

His tamen non obstantibus, licet hæc opinio si probabilis, non minus pro babilem contrariam esse existimò, & vt talem illam docuit in dicta resolut. 50. cum Soto, Vasquez, & aliis, quibus nunc addo Alphonsum de Leone de offic. Confess. part. 1. recollect. 11. num. 178. & duos praecellentes inlytæ Academiae Salmanticensis Theologos, Iacobus Marquez lib. de orig. erem. August. cap. 5. §. 4. & 5. & Hurtadum de Mendoza in 2. 2. disp. 300. sect. 3. §. 156. & hanc opinionem probabilem esse concedunt etiam ipsi aduersarij, vt Sanchez in summa tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 13. Dico igitur Episcopum non manere cum voto paupertatis, sed cum acquirere verum dominium, ac si nunquam fuisset Religiosus. Vnde si aliquis Episcopus Regulatus expideret fructus reddituum Ecclesiasticorum in vñs profanos, peccaret mortaliter, vt ceteri Episcopi seculares, sed non teneretur ad restitutionem. Rationes pro hac firmanda sententia videbis apud Hurtadum loco citato, recognolce illum, & non pigebit.

5. Verum post hæc scripta inveni Antonium Yafiez in resolut. de Episcop. Regul. num. 36. me citato, docere contrariam sententiam, & num. 56. assertit me loquutum fuisse sine lege, & auctore, dum infero Episcopum. hoc in pum Regularem posse testari de patrimonialibus, & Ref. prima de acquisitionis propriæ industria, sed fallitur vir doctus, nam mæa hæc illatio habet leges & auctores, vt suprà, probantes Episcopum Regularem esse liberum §. vlt. & inf. à voto paupertatis; & ideo sicut Episcopi seculares, in tr. 8. Ref. vt docet Molina tom. 1. tract. 2. disp. 14. num. 1. & alij supposita confutandis vbi viget, possunt de supradictis bonis testari; idem dicendum est stante probabilitate nostræ sententiae de Episcopis è statu regulare assumptis. Vnde hanc eandem illationem ante me fecit & docuit Medina de saer. hom. contin. lib. 5. cap. 26. vt obseruat Rodriguez in summa tom. 2. cap. 67. num. 4. vbi sic ait: [Medina teniendo que los Obispos frailes quedan libres del voto de la pobreza, afferma que puedan testar de los bienes patrimoniales, y de los adquisitos por su industria.] Ex supradictis etiam sequitur decisio illius quæstionis, an legitimæ renunciatio ante professionem, & iuxta Concilij Tridentini dispositionem facta, Regulari ad Episcopatum assumpto sit impedimento, vt ad illam non habeat regressum? Et negatiuam sententiam docet Mollesius conf. 1. post vol. 1. ad confess. Neapolit. Ref. 66. §. 2. & conf. 39 post vol. 2. Paschalius de viribus paterna potestatis part. 1. cap. 3. num. 93. Riccius in praxi part. 1. & seqq. & in ref. 1. 2. & Genuensis in practicab. Eccles. quæst. 263. tom. 6. tr. 7. afferentes Regularem Episcopum legitimam renunciationem ante emissam professionem factam seruata Concilij Tridentini forma reuocare posse. Sed acriter contra hanc opinionem insurgit Antonius Yafiez Fajardo vbi suprà in sua erudita resolutione de hac quæstione num. 24. & seq. Fabius de Anna vol. 1. conf. 45. & Cutelli in tract. de donat. tom. 1. tract. 1. part. 3. ex num. 112. Verum ego utramque sententiam probabilem esse puto; sed opinioni Mollesii videtur adhære Alphonsus de Leone de offic. Confess. part. 1. recollect. 11. num. 178.

6. Nota etiam quod superius dicta à fortiori procedunt. si forte Episcopi essent ex illis Religiosis, qui in Societate I. & SV emiserunt sola vota biennijs, hos enim in Episcopatum assumptos dominum habere reddituum Ecclesiasticorum, docent Iacobus Granadus in 2. 2. contr. 3. tract. 11. disp. 5. num. 2. & Hurtadus de Mendoza vbi suprà in 2. 2. disp. 160. sect. 3. §. 3. quia vota supradictorum sunt simplicia, & non solemnia.

7. Et tandem non desinam hic adnotare Layman in Theolog. moral. lib. 3. tract. 2. cap. 4. num. 5. docere quod Ecclesiastici licet dominium reddituum beneficiorum habeant, ex lege iustitia eos in pum aliquem vñsum erogare debent, aliter ad restituendum tenentur, nam sapè fit, vt aliquis dominium alicuius ei acquirat non omnino liberum, sed restrictum, adiectione pauci, vel oneri, quod nisi impliat, contristitum peccat, & ad restituendum obligatur, sicut patet in fideicommisso, in legato donato sub modo, & grauamine, quod bene explicat Gabriel in 4. diff. 15. quæst. 8. art. 2. in fine. Sed tu ne deseras communiorum sententiam liberantem supradictos ab onere restituendum.

RESOL. XXVII.

An Ecclesiastici extra necessitatem grauem corporalem, vel spiritualem proximi, teneantur erogare superflua in vñs pios ex precepto tantum possumus?

Et infra, an Pontifex solum validè, si non licet possit dispensare cum aliquo Cardinali, aut Episcopo, vel Beneficiario, ne expendant redditus Ecclesiasticos in vñs pios?

Et docetur Pontificem dispensando sine causa in iure positivo non peccare, sceluso scandalo, quod de quocumque Legislatore dicendum est.

Etiamque adiutur, in Hispania confutandum introduxisse contra ius positivum Beneficiarios posse testari de fructibus in vñs non pios.

Et cursum docetur peccare Collegam, qui in aliquo Collegio, & universitate alitum eo fine, vt sudeat, & postea Reipublica proficit, si otio vacet, & tempus terat.

Ex p. 7. tit. 10. & Misc. 1. Ref. 13.

§. 1. **R** Esonder affirmativa Ioannes Machadus in *Supradicto confess. tom. 1. lib. 3. part. 3. tract. 2. docum. 9. num. 8. Sotus de Iust. lib. 10. quæst. 4. artic. 3. & Lessius lib. 2. cap. 4. dub. 6. num. 47. vbi sic ait: Itaque præcipua ratio cur tam strictè extra necessitatem grauem corporalem, vel spiritualem proximi, teneantur superflua illa, in pauperes, vel opera pia impendente est Ecclesiæ præceptum: quo lenient, et si nonnulla sit inordinatio; tamen non videntur mortisera. Ita ille, cui adde Trullench in *Deiologia* tom. 2. libro 7. capite 2. dub. 6. numero 9. & 11. sic ait: Sic etiam Duallius 2. 2. D. Thomas tract. de Charitate quæst. 8. artic. 6. folio 598. Secundo confess. assertit ditionem consanguineorum esse Ecclesiasticis interdictum ex præcepto Concilij Tridentini, quod nullam facit mentionem de alia prohibitione. Vide hanc sententiam, nempe ex solo iure positivo, Ecclesiasticos teneri erogare superflua in vñs pios, probabilem esse admittit Sanchez in *opusc. tom. 1. lib. 1. dub. 4. numer. 1.* vbi contraria opinione, quam ipsi tenet, vocat probabiliorum.*

2. Sed si hæc opinio esset probabilis, (nota amice Lector) duo valde notabilia ex ipsa sequentur, vt obseruat Cardinalis de Lugo vbi infra. Primo, quod Pontifex possit solum validè, si non licet, dispensare cum aliquo Cardinali, aut Episcopo, vel Beneficiario, ne expendant redditus Ecclesiasticos in vñs pios; quia hoc præceptum est de iure humano positivo: Imò aliqui tenent Pontificem dispensando sine causa de iure positivo, neque etiam peccare sceluso scandalo, quod de quocumque legislatore supremo, etiam dicendum est ex mente Doctorum, quos citat & sequitur nouissimè Machadus de *Perficio Confess.* tomo primo, libro tertio, parte quarta, tractatu quarto, docum. 7.

De Eleemosyna. Ref. XXVIII.&c. 293

documentum numero secundo & tertio. Et ad summum peccate tantum venialiter dispensando sine causa per se loquendo, tradit petrus a sancto Ioseph in *Idea Theologica*, libro primo, capite 11. resoluta teria: Pontius de *Acta Matris* libro octavo, capite 14. numero quarto, Castrus Palau tomo primo, tractat. tertio, disputat. 6. punct. 8. §. 1. numero quinto, Salas de *legibus* disputat. 2. & sect. 5. numero 55. Valentia tomo 2. disputat. 7. quæst. 5. punct. 9. & sequitur. S. Sanchez de *Matris* libro octavo, disputat. 18. numero 8. & finito. Layman libro primo, tractat. 4. capite vigeſimo-secondo numero dicens terio, & alij Quod probabile putat Tullenich in *Decal.* tomo primo, libro tertio, cap. 2. dub. 7. n. 18.

3. Secundò sequeretur obligationem talis præcepti largiendi superflua in vñis pios, si esset tantum de iustitia politio, potuisse & posse contraria consuetudine affecti, quia consuetudo potest legitimè præscribere contra præcepta humana. Vnde Machadus *vbi supra*, docet in Hispania consuetudinem introduxisse conseruans postuum beneficiarios posse testari de fructibus in vñis non pios.

4. Verum non desunt Doctores prorsus contraria sententiam tenentes, & idem nominatim impugnat Leñum Castrus Palau, tomo primo, tract. 6. disput. 2. para. 3. numero sexto, & Eminentissimus Cardinalis de Lugo in *inst.* tomo primo, disputat. 4. sect. 2. numero decimo sexto assertunt enim, non solum præcepto positivo, sed etiam naturali hanc oriri obligationem, & ex ipsomet statu, sunt enim Beneficiarii præcipue cum animalibus habentes, patres pauperum, iuxta Trident. sess. 18. capite primo, Ratione cuius debent pie-tate & misericordia prælucere, & alii esse in exemplum. Ergo sceluso præcepto positivo, ex ipsomet statu et illis obligatio dandi eleemosynam, amplius quam laici.

5. Tenui, quia bona beneficij non consentur data fidibus, nisi in sustentationem ministrorum, & ad pauperum miseriā subleuandam, bonaque opera facienda. Ergo qui in aliis vñis insinuerit, aduersus hanc intentionem peccaret: sicuti peccat collega, qui in aliquo collegio, & vniuersitate alitur eo fine, vt studeat, & poterit Republica profit, si otio vacet, & tempus terat, quia defraudat grauitet intentionem fundatoris collegij, qui sustentationem ille suppeditat, vt studeat, non vt otiosus sit, & forte luxuriosus. Et etiam hanc sententiam præter Eminentissimum Cardinalem de Lugo & Palau tenet Sanchez, *vbi supra*, quibus adde Coninch de Fide, Spe, & Charitate disputat. 27. dub. 11. conclus. 2. numero 192. & ante omnes Vasquez Opuscul. de eleemosyna, cap. 3. numero decimo septimo.

RESOL. XXVIII.

An Clerici id, quod detrahunt ex necessariis ad decennium flatus, viventes parcer, teneantur pauperibus largiori facti superflua? Sed difficultas est quoad obligationem conferendi superfluum pauperibus, an idem sentendum sit de quotidianis distributionibus, ac de ceteris beneficiis fructibus? Et an idem dicendum sit de pensionibus? Sed notariorum Clericos de bonis patrimonialibus, & qua lu-crantur ratione ministerij, & pro Missis dicendis, ad ministrandis Sacramentis, audiendi confessionibus, pro concionibus, & Officio Vicarie, & posse disponere facti de bonis patrimonialibus ad libitum, & hoc etiam procedit quia bona, que Capellani recipiunt ex Capellania collativa. Ex p. 4. tr. 4. & Msc. Ref. 171.

Affirmatiū responder ex veteribus Panormitanis in capitulo omnibus, num. 15. de testament.

& ex recentioribus Sarmiento lib. de redditibus part. 3. & in alio & eius primis not.

Sed tu contrarium tene cum Alcozer lib. de *Judeo*, c. 38. Nauarro lib. de redditibus q. 1. n. 59. Molina de pri-mog. lib. 2. Cap. 10. n. 50. Auendaño respons. 19. num. 12. & alii communiter.

2. Notandum est obiter primò contra Innocent. in cap. quia nos, de testam. Clericos de bonis quasi patrimonialibus quæ lucrarent ratione alicuius ministerij, ut pro Missis dicendis, pro administrandis Sacra-mentis, audiendi confessionibus, pro concionibus, pro officio alicuius vicariae temporalis, pro comitan-dis defunctis, officiis decantandis, &c. posse disponere sicut de bonis patrimonialibus ad libitum. Ita Auendanus & Alcozer *vbi supra*, quibus addit Sotum de ius. lib. 10. quæs. 4. art. 3. concil. & *Decretalem* lib. 2. de liberi. Christ. cap. 4. qui etiam docent hoc procedere quod bona quæ Capellani recipiunt ex Capellania collativa, & ita tenet nouissime Sanchez in opusculo 1. lib. 2. c. 2. dub. 45. n. 6. optimè obferuanus n. 7. sequenti, idem dicendum esse de stipendiis & eleemosynis, quas Clerici accipiunt pro aliquo ministerio, ad quod ratione beneficij alias tenebantur, ut quod accipit Parochus pro administrandis Sacramentis suis subditis, beneficiarius pro annueratxiis, & à fortiori contra Sarmiento lib. de redditibus, p. c. 5. n. 8. dicendum est Prælatos & Clericos posse liberè disponere de stipendiis officiorum quæ à Principibus secularibus accepserunt.

3. Sed difficultas est quoad obligationem conferendi superfluum pauperibus, an idem sentendum sit de quotidianis distributionibus ac de ceteris beneficiis fructibus? & affirmatiū responder Sarmiento *vbi supra*, n. 6. Nauarro lib. de redditib. q. 1. n. 74. Verum probabilitate alij contrarium sentiunt, & ita tenet Auenda-nus respons. 19. n. 12. Sylvestre ver. Clericus 4. q. 4. Angelus eod. ver. 13. n. 3. & alij, quia putant distributiones dati propter diurnum laborem, ut illius stipendium; sed prima opinio est probabilior, ut assertit Sanchez *vbi supra* dub. 46. n. 4.

4. An idem dicendum sit de pensionibus? aliqui assertunt habentes has pensiones non titulo sp. tituli, sup. hoc in sed fæculari, immunes esse ab obligatione dandi superfluum pauperibus. Ita Corduba lib. 1. q. 18. ad 2. Couarr. cap. cùm in officiis, de testam. n. 6. Gigas tract. de pensionib. q. 52. Sed circa præsentem questionem vide Sanchez loco cit. dub. 47. n. 5. 6. & 7. At de obli-gatione Ecclesiasticorum dandi eleemosynam, infra inf. in Ref. qua hic est sup. 22.

RESOL. XXIX.

An Pensionarij sicut, & ceteri beneficiary teneantur ad eleemosynas largiendas?

Et quid de Praefmoniaris Ex part. 5. tract. 8. Re-solut. 29.

§. 1. Prima opinio affirmat. Ita Sarmiento de red-di-
dit. part. 3. cap. 5. num. 7. & Nauarro opuscul. de Ref. præte-
fpolis Cleric. §. 1. num. 6. & §. 7. num. 7. *vbi* pensio-
narios beneficiarii æquiparant. Probatur haec opinio,
quia Pontifex concedit pensiones pro alimentis: ergo
insinuat nolle, ut eas prodigat. Deinde obligatio
eleemosyna est annexa redditibus beneficiorum: ergo
ad quoscumque transeat, debent cum hoc onere trans-
ire, ex cap. litteris de pignoribus, & cap. pastoralie, de
decimis.

2. Secunda opinio negat. Ita Vasquez opuscul. de eleemosyna, dub. ultim. num. 22. *vbi* sic ait. Quæres
an pensionarius teneatur ad eleemosynam ex super-
fluo, sicut beneficiarij, in materia enim de redditibus

B b 3 dicimus